

S U P P L E M E N T U M A R I S T O T E L I C U M

EDITUM CONSILIO ET AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

VOLUMINIS I

PARS II PRISCIANI LYDI QUAE EXTANT

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMER
MDCCCLXXXVI

P R I S C I A N I L Y D I
Q U A E E X T A N T

METAPHRASIS IN THEOPHRASTUM
ET
SOLUTIONUM AD CHOSROEM LIBER

CONSILIO ET AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

EDIDIT

I. B Y W A T E R

BEROLINI
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMER
MDCCCLXXXVI

P R A E F A T I O

Prisciani Lydi duo edimus quae sola hodie extant opuscula, Metaphrasim in Theophrasteam de Anima disputationem, et Solutionum ad Chosroem versionem Latinam.

I

Prior horum librorum, quanquam *Μετάφρασις τῶν Θεοφράστου* in codicibus inscribitur, nec totus ab uno Theophrasto pendet nec revera habet quod in metaphrasi vel paraphrasi inveniri solet. ex Iamblico enim Metaphrasta in suos commentarios permulta transtulit et transtulisse se fatetur; quae autem Theophrastus ipse Peripatetico sensu intellegenda scripserat, ea omnia omni interpretis arte ad Iamblicheam veritatis normam accommodare studuit. huius modi recentiora si removeris — et facile removentur si colorem orationis attendas — Theophrastea sunt reliqua, Physicorum e libro quinto, qui de Anima erat, fragmenta exigua ea quidem sed haud spernenda. in his enim Theophrastum videmus Aristotelis vestigia sequentem verba eius citare et interpretari, quaestiones instituere, solutiones indicare: et sicubi pro librorum de Anima ratione aliam sive ex alio Aristotelis scripto arcessit sive de suo substituit, in summa tamen re et rationem et orationem refert quales et ipsi novimus ex libris qui de Anima inter nos circumferuntur Aristoteleis. quae cum intercedat inter Aristotelem necessitudo et Theophrastum de Anima scribentes, nescio quo fato factum est ut hac nostra aetate insignes Aristotelis interpretes Trendelenburgius uno tantum loco Metaphrasim Priscianeam memoraverit, ne uno quidem Torstrikius; qui si Prisciano operam dedisset, coniecturarum quas de

textu qualis nunc habetur Aristoteleo proposuerat quasdam Theophrasti testimonio confirmatas invenisset, alias, opinor, aut retractasset aut, ut erat candidus semper et sincerus sui index, reieceret.

Quod in hoc libello possidemus Prisciani id magni operis fragmentum est perpetuo commentario universa Theophrasti Physica illustrans, octo enim omnino Physicorum libros cum Theophrastus conscripsisset, quorum duo, quartus et quintus, teste Themistio (cf. Usener Analect. Theophr. p. 8) de Anima essent, horum non nisi quinti interpretatio Metaphrastae ex naufragio litterarum antiquarum servata hodie extat: extat autem et ipsa mutila, eum omissa sint et in medio libro capituli περὶ φαντασίας exitus capitulique περὶ νῦ initium et in extremo libro ea quibus clausa erat disputatio, archetypi ut videtur foliis aliquot avulsa.

Codices in hac editione instituenda exhibiti sunt septem:

L I. LAURENTIANUS LXXXVII. 20 bombycinus in 4 maiore saeculi XIV; de quo cf. Bandini Cat. codd. Graec. Bibliothecae Laurentianae II. 405. Metaphrasis Prisciani in foliis est 157—170, perverso tamen rerum ordine cum ea quae de Sensu sunt posteriorem in codice locum (foll. 163—170) teneant; quem errorem non glutinitoris socordiae adscribendum esse auctor mihi est E. Pistelli Florentinus quem de hae re per litteras consului. correctiones codex habet passim vel supra versum vel in margine adpositas, et ipse quidem descriptus, ni fallor, ex archetypo sui similissimo, cuius duplices scripturas in unam confudit nonnunquam librarius

Laurentianus; nam ἀγνοή (p. 31,19) ex ἀγνοή, εἰδεῖταις (p. 5,18; cf. 9,34) ex εἰδεῖταις (i. e. εἰδοῖταις) ortum esse apparet. contulit Hieronymus Vitelli Florentinus; mox aliquot in locis meo rogatu iterum inspexit E. Pistelli.

B II. BARBERINUS II. 58 (foll. 30—45) saeculi XVI. eundem rerum ordinem habet ac Laurentianus, quo cum etiam in universa scriptura ita consentit ut ab eo totus pendere videatur. est autem mutilus amissa in capitulo περὶ αἰσθήσεως textus parte ea quae est ab οὐκ αἰσθανόμενα (p. 17,2) usque ad finem capituli, duobus scilicet foliis in extremo codice deperditis. excusset Ignatius Guidi Romanus.

Q III. PARISINUS Graec. 2073 (foll. 130—169) chartaceus; de quo cf. Qat. codd. MSS. Bibliothecae Regiae II. 439. exaratus est (ut me H. Omont docet, sagacissimus harum rerum investigator) manu Christophori Aueri natione Germani circa annum 1545 Romae florentis (cf. Gardthausen Gr. Pal. p. 317); translatus autem Lutetiam in Bibliothecam Regiam iam ante annum 1550. pendet ex codice Laurentiani simillimo;

quare quamvis mendose scriptus sit in tanta tamen penuria bonorum librorum ne hunc quidem neglegendum esse existimavi.

IV. VENETUS Bibliothecae Marcianae 263 membranaceus; de quo cf. V Zanetti Graec. D. Marci Biblioth. p. 129, qui saeculi eum XV. esse perhibet. est eiusdem fere stirpis ac Parisinus 2073 (Q). excusus Daniel Riccoboni Venetus.

V. MONACENSIS Graec. 461 (foll. 48—77) chartaceus saeculi fortasse XV.; de quo cf. Hardt Cat. codd. MSS. Bibliothecae Regiae Bavariae I. 432. textus ad scripturam Laurentiani haud raro proxime accedit, ita tamen ut depravationum omni genere seateat et aperte fluxerit ex codice ubi casu scribarumve incuria nonnihil hic illuc excidisset. contulit E. Trampe Berolinensis.

VI. PARISINUS Graec. 1954 (foll. 1—28) chartaceus; de quo cf. Cat. P codd. MSS. Bibliothecae Regiae II. 424. exaratus est (ut ab H. Omont certior factus sum) manu Valeriani Foroliviensis circa annum 1540 Venetiis florentis (cf. Gardthausen Gr. Pal. p. 341), quo tempore videtur in Bibliothecam inductus Gulielmi Pelliserii qui ad senatum Venetum legatus ex Gallia missus fuerat. est eiusdem fere stirpis ac Monacensis (M).

VII. HARLEIANUS 6299 (foll. 1—30) chartaceus saeculi fortasse XVI.; H de quo cf. 'Cat. of the Harleian MSS. in the British Museum' III. 355. est eiusdem fere stirpis ac Monacensis (M), sed ut textum habeat non indoete a quodam refectum qui passim manifestiora vitia deprehendit scitaque coniectura aut vera aut veri similia nonnunquam repperit. consequit cum hoc artissime Bodleianus noster Misc. Graec. 235 (e Bibliotheca Saibantiana), quem Harleiani apographum esse certis indiciis cognovi.

Editio promissa quidem est a V. Trincavelo ad calcem Alexandri Aphrodisiensis Quaestionum Naturalium et Moralium anno 1536 Veuctiis editorum; eius libri, etsi et in fronte Metaphrasis Prisciani cum aliis opusculis accedere dicitur et in Praefatione idem significatur, nemo unquam exemplum vidi quod hanc accessionem habuerit. itaque duae tantummodo sunt Graeci textus editiones:

I. Basileensis, ad ealem Theophrasti operum anno 1541 Basileae b editorum: praefationem habent alia exempla Hieronymi Gemusaei alia Ioachimi Camerarii. est liber deterime excusus et ex deterrimo codice, cum variis in margine lectionibus partim ex altero fortasse codice partim ex Ficiniana versione haustis.

II. Editio Fr. Wimmeri, ad calcem Theophrasti operum in Biblioteca Teubneriana anno 1854 editorum. textus est Basileensis ab ipso

Edito a
Trincavelo
promissa

Wimmero ope praecipue versionis Ficinianaæ, quoad talibus subsidiis fieri potuit, emendatus.

Ficini
versio

Basileensem tamen antecesserat editio Latina Marsilii Ficini, una eum Iamblichi de Mysteriis libro aliisque opusculis ab eodem conversis anno 1497 Venetiis in aedibus Aldi primum typis expressa. de codice suo haec Fieinus in epistula praeposita ad Philippum Valorem: *quamevis autem Graecum exemplar unicum invenerimus et id quidem mendosum atque mutilatum, attamen lege securus et ita caeteris praebe legendum: nam emendare hoc atque resarcire diligentissime studui, et Angelus Politianus noster, acerrimo vir iudicio plurimaque doctrina, nostram hanc diligentiam approbarit.* quaedam sane codicis sui vitia non infeliciter sustulisse videtur, sed et ipse nova invexit, supplementis additis etiam ubi Graeca oratio aut sana erat aut alio modo sananda: usus autem est codice nescio quo deterioris generis, ad Harleianum nostrum (H) ni fallor proprius accidente; nam Harleianum textum Ficini ope esse emendatum vix crediderim, quanquam ad hanc opinionem firmandam nonnulla adferri posse scio. de versione Ficini eiusque usu fusius disputat Fr. Wimmer in *Commentatione de Prisciani Lydi metaphrasi in Theophrastum de Sensu et de Phantasia* (Vratisl. 1862).

Iacuit Priscianus per tria fere saecula, sordibus Basileensis textus obsitus ac veluti sepultus, nec nostra aetate multorum in manibus est: Wimmerum enim si excipiás, ac Philippsonum in "Ὑλὴ ἀνθρωπίνη" (Berol. 1831) de Metaphrasi disserentem, nemo quod sciām recentiorum, nisi forte obiter et aliis rebus intentus, ad Priscianum illustrandum operam dedit. atqui iam saeculo XVI non multum absuisse comperi quin emendatior libri textus prodiret. est Oxonii in bibliotheca Chandleri mei — olim fuit Ant. Rolandi, deinde Io. Grammii — exemplum Basileense manu antiqua (hominis Francogalli, ut conicio) apparatu critico ornatum: collatio inest codicis qui R, i. e. Regius, appellatur, qui idem est ac Parisinus 2073 (noster Q), accedentibus conjecturis quarum aliae Ficino acceptae referuntur, aliae Turnebo (quem Theophrasto studium navasse novimus), aliae Ranconeto Turnebi amico laborumque socio et consorti; quaedam autem ipsius Anonymi ingenio debentur. quae quanquam non magni momenti sunt, si cui ad plures melioresve codices aditus patet, bis tamen terve in adnotatione nostra Anonymum, utpote non prorsus inutilem, laudare potui.

II

Solutionum ad Chosroem versionis Latinac anno tandem 1853 memoriam prope intermortuam renovavit Iulius Quicherat qui in 'Biblioth. de l'école des Chartes' (III. 4 p. 248) et ex codice quem unum cognovit Sangermanensi excerpta quaedam deprompsit et de Priseiano ipso eiusque temporibus docte ac luculenter disseruit. mox quidquid libri in Sangermanensi (mutilo eo quidem) superest, id insigni diligentia a se exscriptum ad calcem Plotini Didotiani (Paris. 1855) Fr. Duebner evulgavit. Valentinus denique Rose, litterarum Aristotelearum indefessus explorator, desideratas in Sangermanensi partes cum in codicibus Musei Britannici extare repperisset, has in Aristotele quem vocat Pseudepigrapho et in Aneidotis Graecis cum brevi commentario in lucem protraxit. universus autem liber nunc demum hac nostra opera in medium exit.

Codices in hac editione instituenda adhibiti sunt quattuor:

I. PARISINUS Lat. 13386, olim Sangermanensis, e monasterio Corbeiensi Lutetiam tralatus. est pars libri miscelli plura in se continentis, quorum e catalogo Leopoldi Delisle ('Biblioth. de l'école des Chartes' VI. 4 p. 228) indieem desumptum subicio: —

13386 *Tractatus Peregrini [Vincentii Lirin.] contra haereticos* — *Epistulae Pascalis Theophili episcopi* (42 v^o) — *Epistula Epyfanii* (98) — *Epistula S. Hieronymi* (98 v^o) — *Homilia S. Augustini* (100 v^o) — *Iohannis [Scoti] liber de praedestinatione* (103) — *Prisciani solutiones corum de quibus dubitavit Chosroes* (106) — *Libellus sacerdotalis quem Lios monachus heroico metro composuit* (208) — VIII. et IX. s.

Prisciani in hoc codice liber duorum est manu librariorum uno tempore exaratus, quorum alter postquam ad infimum versum folii 199 r. (v. ad p. 77,16) opus exsecutus est, folio verso alter velut uno tenore reliqua peregit.¹ saeculi est IX. vel ut quibusdam videtur X. desiderantur folia, ut nunc est, in Cap. VII. (v. ad p. 77,29), si recte rem putavi, octo, in Capp. IX.—X. ad finem libelli (v. ad p. 94,13) septem: atque est ubi perierunt temporis iniuria cum in margine adscriptae glossae, tum in ipso textu schedis perforatis litterae ac voculae; quod detrimentum etiam nostro saeculo maius factum esse cognovi, cum Duebnero olim plura quam mihi anno 1883 codicem evolventi cernere contigisset.

¹ Suspicor equidem ea quoque inter se usos ratione librarios ut mutua opera quod alter scripserat id alter corrigeret.

sed haec sane levia sunt legentibus incommoda: gravissimum ac molestissimum in eo est quod toto libro in pristinam scripturam corrector¹ grassatus, si quid sibi minus placebat deleto, omnia ad suam normam reformata exhibere studuit. et Duebner quidem ipsius interpretis manu et textum Sangermanensem et correctiones scriptas esse perhibet, mibi vero non persuasit. multa hercle sunt quae apographum hunc librum esse arguant — (1) duplices scripturae in unam confusae, velut *Thurionum*

(p. 91,7; cf. 97,10), quod ex *Thurion* ortum esse apparet; (2) omissa vocabula, a seriba sive dormitante sive oculis decepto inter seribendum praeterita; (3) tralaticia scribarum menda, velut *mortum* pro *in ortum*, *ramosos* pro *raviosos*, *factis* pro *calefactis*, *minora* pro *minorantia*, *caliores* pro *calidiores*, *consequens* pro *inconsequens*, *priorum* pro *propriorum*; (4) Graecae locutiones in mira monstra mutatae, velut *μεθεωραν*, *υπποθεαν*, *εγριππος*, *fastama*, *fastasma*, *Terrenico*, *Pasidonus* — quae delicta in ipso interprete, homine scilicet Graecis litteris saltem imbuto Graecumque exemplar ante oculos habente, incredibilia essent, in librario non habent quod admireris. nec correctionum dissimilis ratio. nam si quae passim vitia prioris scripturae corrector sustulit et omissa quaedam supplevit, non tamen ideo est intellegendus ad Graecum exemplar omnia iterum exegisse; praesertim cum videamus eum nonnunquam a veritate longius aberrasse — id quod demonstrant loci Gracci, si forte supersunt qui cum versionis scriptura conferantur, e. g. Aristoteleus ille (p. 75,3) ex Meteor. II. 2 (355^b6) desumptus locus, ubi cum *dulci* rectissime prior scriba dedisset, corrector inconsulte ac temere omnia refingens pro eo *dulcedine* reposuit. istas utique correctiones nemo, opinor, dixerit ab ipso interprete ad Graeca iterum opus exigente profectas. unum autem concedo, non omnes ex mera conjectura ortas videri, potuisse nonnullas ex eo oriri quod etiam in archetypo codice alterae adfuisserint, ut sit, scripturae (sive super versum sive in margine adpositae) quas priore scriptione erasa in textum corrector intulerit. ceterum ut de re obseura et dubia nihil adfirmo. illud tantum admoneo: si quid in rasura est in codice, numerum litterarum erasorum in Adnotatione subinde indicavi, ita tamen ut ipsi numero nolim nimis tribui; potuit sane modum a me indicatum scriptura erasa exceedere, brevior eo esse vix potuit: qua mentione opus est, ne quis dum apices litterularum curiosius reputat de rebus gravioribus in fraudem delabatur.

¹ Vel correctores, si vera est quam superius indicavi suspicio.

II. HARLEIANUS 3969. 14 (foll. 139^v—160) saeculi XIV.; de quo cf. H 'Cat. of the Harleian MSS. in the British Museum' III. p. 100. alteram fere scripturam refert Sangermanensis codicis, in ordine autem verborum et scribendi ratione passim immutatam; optimus tamen hic ex deterioribus, quanquam certis in locis suo ipse Marte, ut videtur, novas quasdam casque valde ridiculas lectiones librarius Harleianus invexit.

III. MANTUANUS in bibliotheca Lyeei A. IV. 25 (saec. XIV.?). al- M teram fere scripturam refert Sangermanensis codicis incuria scribarum miro modo depravatam: in capitulo autem X., transpositis, ut patet, foliis codicis ex quo Mantuanus derivatus est, pars quaedam orationis alieno loco legitur. huius apographo utor manu D. Detlefseni deseripto, qui eximia humanitate hanc mihi editionem instruenti schedulas suas tradidit utendasque permisit.

IV. COTTONIANUS Vesp. A. II. 13 (foll. 148—157) saeculi XIV.; de C quo cf. 'Cat. of the MSS. in the Cottonian Library' p. 433. incipit ut nunc est a verbis Cap. III. *sedente et sanguine* (p. 61, 14), aliquot videlicet in fronte amissis foliis. eiusdem prorsus est stirpis ac Mantuanus.

Hactenus de codicibus. nunc de interpretatione pauca et interprete; quem Carolidarum aetate floruisse, studiis ea Graecarum litterarum quasi renascentibus illustri, opinio est probabilis, quanquam Quicheratio vix assentior suspicanti ab ipso Joanne Seoto interpretationem esse confectam. nimis barbare enim interpres loquitur, quisquis is fuit, et Graece eum parum scivisse appetet sicubi loci a Prisciano adhibiti nobis quoque Graece extant quos cum versione conferamus. sed non omnia quae in interpretatione perperam dicta sunt ipsi interpreti attribueris, quippe qui in Graeco quo usus est exemplari multa iam corrupta invenisset, veluti Ἀλέπινος in Λαούνος, Κυδωνίαν in Κυδωνίαν, ἐν τῷ; ὥστι in ἐν τῷ; σώρασι, σύντηξις in σύλληψις depravata: quibus aliud ioculare illud quidem depravationis exemplum addo ex iis quae Cap. IX. de serpente quodam exitiali produntur, *non solum si mordeat sed etiam in terra exiliter interimit*, siquidem Latino *in terra Graecum* ἐν τῷ; γῆ subest, ἐν τῷ; γῇ autem ex ἐξαύγενοι depravato originem duxit (cf. ad p. 97, 11).

Quod ad ipsum Priscianum adtinet, difficile hodie dictu est, ex quibus fontibus in hoc Solutionum libro hauserit. qui si in Prooemio multitudinem tantam scriptorum a se adhibitorum ostentat, horum tamen yix dimidiā partem in manibus ei adsuisse crediderim:

immo vero ubi forte de auctoribus eius satis constat, velut in Cap. II., unum et alterum sequi cernitur, neque est cur plures ei adfuisse credamus (cf. Rose aneed. Gr. 1. p. 26). atque ut dicam quod sentio, ea est universa huius libri condicio, ut quos in corpore operis sui Priscianus citavit auctores, hos mihi non ipsos inter seribendum oculis usurpasseret, sed ab aliis iam memoratos et apud alios invenisse videatur. quae si vera est opinio, et eiusdem certe fraudis non desunt apud Graeculos exempla, Hippocratem, Posidonem, Strabonem, Plotinum, nobilissimos scriptores, non ipse legerat. quos autem legerit, si conjecturam de re tam dubia et obscura requiras, hi fere sunt quos potissimum videtur in Solutionibus condendis adhibuisse auctores:

- Cap. I. Iamblichus, Proclus.
- " II. Aristoteles, Theophrastus.
- " III. Aristoteles, Theophrastus.
- " IV. Geminus.
- " V. Scriptor incertus.
- " VI. Scriptor incertus, deinde Aristoteles.
- " VII. Aristoteles, Theophrastus.
- " VIII. Albinus.
- " IX. Theophrastus.
- " X. Aristoteles, Theophrastus.

Ceteris vero quid debeat, quid commentatoribus Aristotelicis Didymo, Themistio, Alexandro, quid Ptolemaeo, Martiano, Dorotheo, Theodoto, Porphyrio, hoc aliis, si cui libuerit, investigandum relinquo, non sine suspicione fore ut ex his vix quicquam eepisse Priscianum appareat.

Solutiones Prisciani a nemine quod sciam Graeco scriptore citantur, ne a Nicephoro quidem Blemmida, qui ut multa habet cum Prisciano communia, ita non ex eo sed ex communi fonte hancisse putandus est. inter Latinos autem Vincentius Bellovacensis cum in Speculo suo Naturali (IV. 23, 39, 42, 47; V. 9; XV. 4; XX. 10, 11; XXVI. 8, 10, 32 — conf. Rose de Aristot. librorum ordine et auctoritate p. 87) excerpta quaedam ex Priscianeo libro inseruit, tum in Speculo quoque Historiali (XXI. 50) mentionem libri iniecit, tanquam a Caesariensi Prisciano profecti: cuius opera dum recenset, extat, ait, *etiam liber Prisciani de Naturalibus quaestionibus ad Cosdroe regem Persarum, de quo plura excrpsi et in superiore huius operis parte [sc. in Speculo Naturali] congruis locis inserui*. eadem fere a Vincentio mutuati dietitant si qui alii medio aero Prisciani nostri meminerunt, velut Gulielmus Pastrengus de Originibus

Rerum fol. 58^r, Xicco Polentonus de Claris Grammaticis l. XVIII (cod. Taurin. Univ. D. 111. 35) — quos locos Detlefseno acceptos refero — Gualterus Burleius (nisi potius pseudo-Burleius vocandus est) libelli de Vita Philosophorum capitulo in codicibus editionibusque optimis ultimo: omnes scilicet in eodem versati errore, utpote qui Lydum Priscianum a Caesariensi non fuisse diversum ponant; quem diu pervulgatum errorem nescio an primus I. A. Fabricius in Bibliotheca Ecclesiastica (ad Trithemii de Scriptoribus Ecclesiasticis c. 217) notaverit.

Iamque, antequam finem facio, liceat mihi honoris causa duos gratissimo animo nominare, D. DETLEFSENUM, qui ut dixi schedulas mihi suas tam liberaliter concessit, et H. DIELSIUM, cuius ego saepissime in hoc libello componendo humanitatem ac benevolentiam expertus sum.

I. BYWATER.

Scribebam Oxonii mense Maio 1886.

ADDENDA ET CORRIGENDA

- p. 14,31 l.'*στέρεον*'
p. 17 adn. v. 3 l.'*δέσιος*'
p. 23 test. v. 2 l.'13 τὰ *Ιαυβλήγεια*'
p. 28 adn. v. 7 dele 'ὑπὸ scripsi; ἀνὸ vulg.'
p. 34 adn. v. 3 l.'*subsistentia*'
p. 44 test. ad v. 16 adde 'ef. Chalcidius in Platonis Tim. c. 221, p. 257 ed. Wrobel'
p. 45,30 l.'*uinculis*'
p. 58 test. v. 1 l.'3 cf. Aristot.'
p. 67,23 l.'*temperantia*'
p. 69 adn. v. 1 l.'*compendium syllabae pro*'
p. 79,2 l.'*supereminet*'
test. v. 13 dele 'Ideler ad loc.' et adde 'Philoponus in Aristot. de Gen. et corr.
II. 2, 329b30 (fol. 49r4 ed. Ald.)'
p. 87,12 l.'*uisibilium*'
p. 88,24 l.'*et incorporalitate*'
p. 91,22 l.'*sibimet*'
-

I

METAPHRASIS

I N T H E O P H R A S T U M



S I G L A

B	= codex Barberinus
H	= codex Harleianus
L	= codex Laurentianus
M	= codex Monacensis
P	= codex Parisinus 1954
Q	= codex Parisinus 2073
V	= codex Venetus
b	= editio Basileensis
w	= editio Wimneri

Numeri 1,2 adpositi (L¹, L²) pristinam et correctam codicum scripturam indicant.

ΠΡΙΣΚΙΑΝΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΛΥΔΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ ΤΩΝ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΣΕΩΣ

Περὶ αἰσθήσεως αὐτῷ ὁ σκοπὸς ἐφεξῆς. ἐπειδὴ δὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν ^{ed. Basil.} κινούμενα τὰ αἰσθητήρια ἔξομοιοῦσθαι τοῖς αἰσθητοῖς τῷ πάσχειν βούλεται ²⁷³
αὐτὸν Ἀριστοτέλης, ζητεῖ τίς ἡ ὅμοιότης, καὶ γάρ ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων
καὶ τοῖς μᾶλλον ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀποποιεῖται τὸ χρώματι καὶ χυμοῖς καὶ
ψόρῳ καὶ μαρτιῷ ἔξομοιοῦσθαι δύνατόν. λέγει μὲν οὖν καὶ αὐτὸς κατὰ
τὰ εἰδῆ καὶ τοὺς λόγους ἀνευ τῆς ὄλης γίνεσθαι τὴν ἔξομοίωσιν.
ἔπειτα γατέστον δὲ πότερον ἔξωθεν τὸ εἶδος καὶ ποίη καὶ ποῦ ἐπιφανύμενον,
τοῦ καὶ εἰ πρὸς γνῶσιν ἴκανον τὸ περὶ τοῖς σώμασι μεριζόμενον καὶ εἰς ἐν οὐ
συναριθμένον, κατὰ τὴν εἰς ἐν συναίρεσιν καὶ τὴν ἀμέριστον τοῦ γνωστοῦ
παντὸς περιληφθεὶν ἀπάσης θεαταμένης γνώσεως.

Ἐνεργεῖν μὲν οὖν κατὰ τὸ εἶδος τοῦ γνωστοῦ ἀνάγκη τὸ γινῶσκον καὶ ²
τὴν ἐκείνου προβεβλῆσθαι γραπτῆρα, καὶ τοῦτο ἡ ἔξομοίωσις· πάθημα δὲ
τοῦ αἰσθητηρίου προηγεῖσθαι ἀνάγκη τῆς αἰσθήσεως. οὐ γάρ παντελῶς
οὐσα γωριστὴ σωμάτων δύναμις ἡ αἰσθησις, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς τὰ αἰσθητήρια
οὐσιωμένῃ νεύσει καὶ τοῦ ζήσου οὐσα συμπληρωτική οὐδὲ ἐνεργεῖν
ἀνευ αὐτῶν οὐτα τε. οὐ μὴν οὐδὲ προηγουμένως αὐτῇ ἐγειρομένῃ, συγκινεῖ
τὸ ὥργανον, ὡς ἡ φαντασία, διὰ τὸ πολὺ κατατεταμένον, καὶ διὰ τὴν ὅλην
²⁰ περὶ τὰ ἔκτος ἀπότασιν, καὶ παρόντων καὶ αὐτῶν δεῖσθαι τῶν αἰσθητῶν.
τὰ μὲν οὖν φανταστὰ οὐκ ἔκτος, εἰ καὶ τῶν ἔξω ἐστίν ἀφομοιώματα, τὰ
δὲ αἰσθητὰ ἔξω τούτων γάρ ἡ αἰσθησις ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἐν τοῖς αἰσθητη-

5 Αριστοτέλης 416b33, 418a5 8 cf. Aristot. 424a18 11 sqq. cf. Simplic.
in Aristot. de An. p. 125,25 sqq. ed. Hayduck 18 cf. Simplic. l. c. 202,3
22 sqq. cf. Simplic. l. c. 125,30sqq.

6 τὸ Η²ω: τῷ L ceteri 7 δύνασθαι w 14 ἡ om. bw 17 οὐσιωμένη bw
ἐνεργεῖν Hbw (Ficinus *agere*): ἐνεργής L ceteri 18 οὐδὲ scripsi: οὖτε vulg.
αὐτῇ vulg. 19 πολὺ] ἐπὶ πολὺ w κατατεταμένον BL'M'w (Ficinus *extensa*):
κατατεταγμένον b cet. 20 τά] τὸ L¹ καὶ παρόντων] fort. ὡς παρόντων

Suppl. Arist. 12 Priscianus Lydus.

ρίσις παθῶν, σὺν δὲ τούτοις τῶν ἐν τοῖς σώμασιν εἰδῶν αἰντικαμβάνεται.
 Πλάσχει δὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν τὰ αἰσθητήρια οὐχ ὡς τὰ ἄψυχα, ἀλλὰ 3
 ζῶντος σώματος τὸ πάθος. θιδ οὐδὲ πάθος τὸ οὐλον οὐδὲ ἔξιθεν πάντη
 ἀλλὰ καὶ κατ' οὐκείαν ἐνέργειαν· καὶ οὐ κινεῖται μὲν πρότερον ἐνέργειτ δὲ
 5 οὔτερον, ἀλλ’ οὐδὲ κινεῖται οὐλος εἰ μὴ ἄμα καὶ ἐνεργούη· οὐ μὴν οὐδὲ
 ἐνέργειτ ἄνευ τοῦ κινεῖσθαι. τὸ δὴ τοιοῦτον ἐν τοῖς αἰσθητήριος κίνημα
 δημοιοῦται τοῖς αἰσθητοῖς εἰδεσιν ὡς ἄμα ὑπὸ αὐτῶν τε καὶ κατὰ τὴν πρὸς
 αὐτὰ τῆς ζωτικῆς ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ ἐμφάσεως διέγερσιν ἐγγινόμενον. ἀλλ’
 10 οὐπω τοῦτο (ἢ) αἰσθητος, τὸ ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ πρὸς τὰ αἰσθητὰ δημοιώμα,
 πάθημα δὲ μᾶλλον ἡ ἐνέργημα, καὶ σωματοειδὲς καὶ μεριστὸν καὶ χρόνῳ
 παρατεινόμενον, καὶ σπεῦδον μὲν εἰς εἰδὸς οὐπω δὲ δὲν ἐν τῷ εἶδει ἀλλ’
 15 ἐν κινήσει ἔτι· οὐδὲ αἰσθητος ἀμερίστως τε τὴν ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τέλος
 τοῦ αἰσθητοῦ περιλαμβάνει, καὶ ἐνέργεια ἔστι καὶ κρίσις τελεία καὶ ἐν τῷ
 νῦ άμας ὅλη, καὶ κατὰ τὸ εἰδὸς ὁδὸς τοῦ αἰσθητοῦ ἔστηκε. διὸ οὐκ ἄνευ
 20 μὲν τοῦ ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ παθεῖσας, οὐ μὴν τοῦτο ἡ αἰσθησις· θιδεν καὶ
 πάσχοντες καθεύδοντές τε καὶ ἐγρηγοροῦντες ἔνιστος οὐκ ἐπαισθηνόμεθα.
 δει τοινούν μετὰ τὸ πάθημα εἰς εἰδὸς τελειωθῆναι τὸ τῷ αἰσθητῷ δημοιών·
 κατὰ γάρ τὸ τελείον εἰδὸς ἡ αἰσθησις ἐπειδὴ κρίνει. τὸ δὲ τοῦ αἰσθητοῦ
 εἰδὸς τοῦτο δὴ οὐκ ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ· πάθημα γάρ καὶ κίνημα καὶ ἐν
 25 μερισμῷ ἀλλ’ οὐκ εἰδὸς· οὐ μὴν οὐδὲ ἐν τῇ ἐμφάσει τῆς ζωῆς τῇ [τῷ]
 τῷ αἰσθητηρίῳ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐνδιδομένῃ· μετὰ γάρ πάθημας καὶ τὸ ταύτης
 ἐνέργημα, καὶ κοινὸν ἔστιν ἀμφοῖν τὸ κίνημα τοῦ τε ὀργάνου καὶ τῆς ἐν
 30 κύτῳ ζωῆς. ἀλλ’ ἐν ζωῇ μὲν δηλαδὴ τὸ εἰδὸς καθ’ ὅ γε αἰσθησις, τῇ
 δὲ κατ’ ἐνέργειαν (σταμένη, οὐ τῇ γωριστῇ, ἀλλὰ τῇ συμπληρούσῃ τὸ
 35 ζῷον ψυχικὴν ζωήν, καὶ τῇ ζωτικὴν αὐτῆς προβολὴ τῇ περὶ τὰ σώματα μερι-
 σμένην). ’Αλλ’ οὐδὲ τοῦτο ίκανον πρὸς τὴν αἰσθησιν. τὸ γάρ τελεωθὲν 4
 περὶ τὸ αἰσθητήριον κατ’ ἐνέργειαν εἰδὸς, μέτε περὶ τὸ σῶμα μεριζόμενον
 καὶ εἰς ἐν ἀμερές οὐν ἐπιστρέφομενον, οὐν ἔστι γνωστικόν, ἀλλ’ ἔστι τις
 40 ἐν τῇ ψυχῇ προσελγμένος τῶν αἰσθητῶν λόγος δις ζῆ καὶ καθ’ ἐστὸν
 οὐ καὶ οὐ μόνον ἔστι τοῦ συνιθέσου· διὸ καὶ ἀμερίστως ἐνέργειτ καὶ δύναμις
 ὑπάρχει τῶν κατὰ μέρος (ἀλλ’ οὐχ ὡς ἐν τῷ μεριστὸν εἰδὸς ἐγγίνεται)
 λόγος τε γνωστικὸς τῶν αἰσθητῶν, ἐν ψυχῇ ὑφεστῶς ἀλλ’ οὐκ ἐν τῷ
 σώματι ἴδρυμένος, εἰς μὲν ἀλλ’ οὐχ ὡς τὰ ἄτομα, τὸ δὲ ἐν ἔχων περι-

2 τὰ (αντε ἄψυχα) om. w cum Usenero Mus. Rhen. N. S. XVI 267 Ιμψυχα L¹

3 πάντα HMPbw (Ficinus omnia) 5 ἄμα w (Ficinus similis): μία codd. b

6 κίνημα B²HMP² (Ficinus motio): κινημένη L eet.: κινημάτα b: κινούμενον w

7 αἰσθητοῖς] αἰσθητῶν b: τῶν αἰσθητῶν w 9 τοῦτο ἡ scripsi (coll. Simplic. in Aristot. de An. 125,37): τούτων BLM¹QV: τοῦτο HMPbw δημοιώματα L¹M¹

11 περιτεινόμενον L¹ εἰδὸς] τὸ εἰδὸς w 12 ἔτι] ἔτερον MPbw 16 post

πτάχοντες add. μὲν HMPbw 18 τὸ δὲ] τὸ L¹ 19 εἰδους b 20 ēν (ante

τῷ αἰσθητηρίῳ) uncinis inclusi 21 ἐνδιδεμένη w (Ficinus colligata) τὸ ταύτης

scripsi: τοιαύτης codd. b: ταύτης τὸ w 25 προσελγὴ HMP²bw (Ficinus applica-
mento)

30 μόνον] μέρος εοιν. Wimmer comm. p. 10 31 μέρος] τὸ μέρος

MPbw 32 γνωστικὸς bw 33 τὸ δὲ] δὲ L¹ ξενον L² w: ξενον eet.

ληγαπακὸν τῶν πολλῶν καὶ ἔκαστῳ αὐτῶν ἐφαρμόζων· τῷ γάρ ἐνι | τοῦ 274 λευκοῦ λόγῳ πάντων αἰσθάνεται ή ψυχὴ τῶν κατὰ μέρος λευκῶν. δεῖ τοι- νυν τὸν τοιοῦτον προβλῆθηνται λόγον εἰ μέλλει γίνεσθαι αἰσθησις· προβλή- λεται δὲ ὡς πρὸς οἰκεῖον τὸ ζωτικὸν εἶδος διεγειρόμενος καὶ τούτην συναρ- 5 μοῦμενος τῷ ὁμοιώματι τοῦ ἔκτης εἰδούς καὶ σὺν αὐτῷ ἐνεργῶν· τὸ γάρ κρίνον ὁ λόγος καὶ η σύνεσις κατὰ τὴν αἰσθητικὴν ψυχὴν καὶ η εἰς τὸ ἀμερές συναίρεσις ἐν τῇ χωριστῇ σωμάτων ὑποστάσει. Οὐκοῦν ἔχει τὸ 5 τοῦ αἰσθητοῦ εἶδος ή ψυχὴ τῷ τὸν λόγον αὐτοῦ προβλήλειν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀπ' αὐτοῦ μορφῇ τινα η τυπωσιν ὡς ἀπὸ σφραγίδος δεχομένη. η γάρ 10 κρίσις καὶ η ἐνέργεια ἔνδοθεν καὶ ζωτική. ὁ μὲν οὖν λόγος ἔνδον καὶ οὐσιώδης τῆς ψυχῆς, η δὲ τοῦ ζῷου συμπληρωτικὴ ζωῆ, ἀπὸ μὲν τῶν οὐσιώδων ἡρτημένη λόγων, κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τάσιν ὑφισταμένη αἰσθητικὴ καὶ θῆσε, καὶ δρος καὶ τελειότης τοῦ ζῷου. διὸ ἐν ταύτῃ τὸ τοῦ αἰσθητοῦ ὁμοιώματα τελειωθέν, ἐν δὲ τῷ αἰσθητηρίῳ ἀτελής καὶ συμμιγής 15 πάντες η ἐνέργεια· καὶ τὸ μὲν πάθος ἔξαθεν, η δὲ ἐνέργεια ἀπὸ τῆς ζωῆς· καὶ τὸ μὲν εἶδος ἐν τῇ τοῦ ζῷου ζωῇ, η δὲ κρίσις καὶ η σύνεσις ἐν τῇ τοῦ λόγου ἐνέργειᾳ.

Πᾶς οὖν ὁμοιοῦται τοῖς αἰσθητοῖς η ψυχὴ; οὐ τῷ δέχεσθαι τι ἀπ' αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ κατὰ τὸν λόγον αὐτῶν ἐνεργεῖν δι' ἐμφάσεως τῶν ἔκτης 20 εἰδῶν. πᾶς οὖν ἀμάρα πλείσις καὶ τοῖς ἐναντίοις ἔνιστε ὁμοιοῦται; ἐπειδὴ πάσχειν οὐχ οἴοντες ἀμάρα τὰ ἐναντία, ἐνεργεῖν δὲ δύνατον. η δὲ αἰσθησις κατ' ἐνέργειαν καὶ κρίσιν ἀλλ' οὐ κατὰ πάθος· κατὰ γάρ τὸν λόγον η αἰσθησις, τὸ δὲ πάθος; ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ· σῶμα δὲ ὃν καὶ μεριστὸν τὸ αἰσθητήριον καὶ αὐτὸν κατὰ διάφορα μέρη πλείω ἀμάρα καὶ τάνατία ἔχειν 25 οὐκ οὐδένατον. ὁ λόγος δὲ ἐν ἀμερεῖ ἀμάρα τὰ ἐναντία καὶ τὰ διάφορα ὅσα ἀν η συλλαβθῶν ἐνεργεῖ· διὸ καὶ τὴν ἑτερότητα αὐτῶν κρίνει ὡς ἀμάρα τῶν πλείονων ἐν ἀμερεῖ ἐφαπτόμενος. Ουταν οὖν καὶ ὁ Θεόφραστος τὴν 7 ὁμοίωσιν βούλεται γίνεσθαι κατὰ τὰ εἶδος καὶ τοὺς λόγους ἀνευ τῆς οὐλῆς, ἀποδεξώμεθα, ἀλλ' οὐκ ἔξαθεν ἀπλῶς ἐγγινόμενα, ἀπὸ δὲ τῶν ἔνδον 30 τὸ λόγων ἐν τῇ ζωῇ κατ' ἐνέργειαν ἴστάμενα αἰσθητικήν, τῷ μέντοι πρὸς τὰ ἔκτης ἀποτείνεσθαι καὶ ἔκεινοις ἀφρομοιοῦσθαι. εἰκότως ἄρα καὶ δύναμις νομίζεται η αἰσθησις ὡς ἐπιτέρουσα τὰς ἐνέργειας· ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ψυχῆς κατ' ἐνέργειαν τὸν λόγον η ὁμοίωσις, ἐπὶ δὲ τοῦ αἰσθητηρίου κατὰ τὴν ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ πάθην ἀμάρα καὶ ζωτικὴν ἐνέργειαν. Πᾶς οὖν ἀμάρα ὑπὸ 8 αἱ τοῦ πικροῦ καὶ τοῦ γλυκέος πάσχει; οὐ γάρ μέρει μέν τινε-

20 cf. Aristot. 426b28, 448b18: Simplic. l. c. 196,22. 198,35
Aristot. 424a28

31 δύναμις] cf.

1 ἐφαρμόζων scripsi (coll. Simplic. l. c. 126,11): ἐφαρμόζον vulg.
καὶ ζωτικὸν w 5 τῷ ὁμοιώματι] ὁμοιώματι mg. b (Ficinus *tanquam similitudini*)
6 σύνεσις w (Ficinus *cogitatio*): σύνθετης codd. b 12 οὐσιώδων vulg. 14 ἀτελής
καὶ συμμιγής HM^aP^b 15 η ἐνέργεια LM^a: καὶ η ἐνέργεια HM^aP^b 18 τοῖς
οἷς bw 20 ἐπει δεῖ MP^b: ἐπει τοι w 33 ὑπὸ scripsi: ἀπὸ vulg. 34 αἰσθη-
τοῦ] αἰσθητηρίου w

τῆς γλώττης τόδε, φησί, μέρει δὲ θάτερον *(ἄλλωφ)*, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ· καὶ ἐπὶ τῆς ἀκοῆς δὲ δύμινις, εἰ ἄρα καὶ διεισὶν ἔστι τὴν ἀκοήν. ἡ εἶτε ἡ γλῶττα τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον εἴτε πνεῦματα *(τὰ)* ἐν τῇ γλώττῃ, μεριστὸν πάντως ὃν σῶμα, ἑτέρῳ μὲν μορίῳ ἀλλο ἑτέρῳ δὲ ἀλλο τι πάντα σχειν οὐκ ἀδύνατον· ὡς ἐναργὲς τοῦτο γίνεται ἐκ τῆς ἀφῆς. Θερμαίνεσθαι γάρ κατὰ ἄλλο μόριον καὶ φύγεσθαι κατὰ ἄλλο ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ δυνατόν· καὶ τὸ αἰσθητικὸν δὲ τῆς ἀκοῆς πνεῦμα μεριστὸν δηλαδή. δὲ λόγος εἰρηται ὡς ἀμερής μὲν ἐνέργειν δὲ ἀμά ταντία οὐ κωλύεται πάσχειν γάρ οὐχ οἰόντε κατὰ τὸ αὐτὸν τὰ ἐναντία. 'Αλλ' ἡ μὲν θερμότης ὡς δύνη⁹
 10 ναμις φυσικὴ δρψη ἀν εἰς τὸ αἰσθητήριον, ἡ δὲ μορφὴ καὶ ὁ τύπος καὶ ἡ κίνησις καὶ ὁ ἀριθμὸς πῶς ἔκμοιοι; ἡ καὶ ταῦτα ἔχειν τι δραστήριον ἐροῦμεν, δρᾶν δὲ μᾶλλον εἰδῆτικῶς· ὡς τὴν θερμότητα καὶ τὰς αυτούς δυνάμεις σωματοειδέστερον καὶ διὰ τοῦτο πληκτικώτερον καὶ ποιητικώτερον — εἰ μὴ ἄρα καὶ τὰ μὲν ἴδια αἰσθητὰ ἔκαστης αἰσθήσεως ἐναργεστέρα ἔχει τὸν ἐνέργειαν τὰ δὲ κοινὰ ἀμυδρότεραν, τὰ μὲν προσεγγίᾳ ὡς οἰκεῖα τὰ δὲ πορρωτέραν. καὶ ἵσως ὡς κρείττω τὰ κοινὰ οὐχ ὠστύτως ἐστὶ τῷ αἰσθήσει σύμμετρα. ἀλλ' ὅμως αἰσθητὰ καὶ *(τὰ)* κοινὰ καὶ οὐ μόνη τῷ διανοίᾳ γνωρίζεται. εἰς ἕνια γε μήν ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἡ διάνοια ἀναγομένη αὐτὴν καθ' αὐτὴν λογίζεται οὐκέτι ὅντα τῇ αἰσθήσει κατα-
 20 ληπτά, ὡς διταν τὴν οὐσίαν γνωρίζῃ τῶν αἰσθητῶν. εἰ δὲ καὶ γρένου καὶ ἀριθμοῦ μὴ ἀντιλαμβάνεται ἡ αἰσθήσις, καὶ τούτων ἔσται ἡ διάνοια ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀναπεμπομένη γνωριστική. 'Αλλ' εἰ καθ' ὅμοιωσιν ἡ γνωσις,¹⁰
 25 πῶς μὴ πάσχουσα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὅμοιοτει πρὸς αὐτὰ ἡ διάνοια; εἰ δὲ πάσχει, ὄποιν αὐτῆς τὸ πάθος; ἡ οὐ κατὰ πάθος οὐδὲ ἡ
 25 αἰσθητική, ὡς ἐλέγομεν, κρίσις (*οὕπω λέγω ἡ διανοητική σύνεσις*) ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν καὶ λόγω προβολήν. ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ²⁷⁵
 πάθους εἰς εἰδὸς τελειουμένου δημοιον τῷ αἰσθητῷ ὁ τῶν αἰσθητῶν προ-
 βάλλεται λόγος, ὡς οἰκείη τῷ αἰσθητικῷ συναρμοζόμενης εἰδεῖ καὶ πρὸς οἰκεῖον συμμέτρως ἐγειρόμενος, οὕτω καὶ δι τῶν αἰσθητῶν ποιητήτων κρι-
 30 τικὸς λόγος τὴν τῆς οὐσίας τῶν αἰσθητῶν γνωριστικὴν κινεῖ δύναμιν οἰκείων, κατὰ τὴν τῶν αἰσθητῶν ποιητήτων πρὸς τὴν οὐσίαν αἵ' ἡς πρόερχονται οἰκείότητα. Επειδὴ ὑπὸ μὲν τῶν ίδιων αἰσθητῶν ἐνέργεις πλήγεται τὸ II
 αἰσθητήριον, τῶν δὲ κοινῶν οὐ πρώτως ἀλλὰ δευτέρως; ἡ καθ' ἔκαστα ἀντιλαμβάνεται αἰσθήσις — πρώτως γάρ χρώματος ἡ ὄψις, δευτέρως δὲ

11 sqq. cf. Simplic. l. c. 126, 24. 127, 9.

1 ἄλλωφ addidi (Ficinus <i>alia</i>)	3 γλῶττα L	τὰ addidi	4 πάντων MPbw
6 ἄλλο ἐν] ἄλλων M ^b	10 δρῶν καν. M ^b Pb	12 εἰδηκῶς w	14 ἐνέργειστέραν bw (Ficinus <i>vehementiorem</i>)
23 ὑπὸ] ἀπὸ bw	17 τὰ add. w	21 ἀντιλαμβάνεται BLM ^b QVb	
εἴδη scripsi: εἰ δὲ codd. b: εἴτε w	27 δρῶσιν BLM ^b QV	28 αἰσθητικῶν] αἰσθητῷ PM ^b hw	
32 ἐνεργῶς scripsi: ἐνεργεῖνas LM:	29 σωμάτως L	30 κινεῖ om. L'	

μεγέθους καὶ κινήσεως — δόξειν ἀν τὰ κοινὰ μᾶλλον είναι φυχῆς, καὶ οἶνον κατὰ συμβεβήκος γινώσκεισθαι υπὸ τῆς αἰσθήσεως τὰ κοινά. ἀλλ', ὡς εἰρηται, δευτέρως αὐτὸ δὴ τοῦτο γνωρίζεται υπὸ αἰσθήσεως, ἀλλ' οὐχ υπὸ μόνης τῆς διανοίας. τοῦ δὲ ἄχρου καὶ τοῦ ἐπερέσιν, ἀλλ' αὐτῷ τῷ κακύσθαι τὴς σιωπῆς, ἡ ἀκοὴ συναισθάνεται οὐ κατὰ ἐπερέσιν, ἀλλ' αὐτῷ τῷ κακύσθαι τὴν ἐνέργειαν ἐν τῷ πειρᾶσθαι κρίνει ἡ αἰσθήσις, τὸ ἀλλιπές αὐτῶν καὶ διεσταμένον τῷ μη ἔφαρμοῖσιν τὸν λόγον γνωρίζουσα, τοῦ δὴ αἰσθήτηρίου καὶ παρατρεπομένου πας διὰ τὸ πάσχειν υπὸ τοῦ αἰσθήτοῦ. Τοιοῦ-
τος μὲν οὖν δὲ κοινὸς περὶ αἰσθήσεως λόγος.

10 Περὶ δὲ τῶν κατὰ μέρος αἰσθήσεων, οἷον ὄψεως ἀκοῆς καὶ τῶν ληπῶν, ἐκεῖνο τέως διαριστέον αἱ οὐ μία οὐσία, καθάπερ τινές φασιν, ἡ αἰσθήσις εἰδόποιεται διατόρων υπὸ τῶν μετεγκόντων ὄργανων οὐ γάρ ἐστι προηγουμένη τῆς τῶν δυνάμεων διαφορᾶς ἡ τῶν ὄργανων ἑτερότης, οὐδὲ κυρίᾳ τοῦ μερίσειν τὰς δυνάμεις, ἀλλ' αἰσθήσις μὲν οὐσία καθ' αὐτήν καὶ εἰς πάντα μεμέρισται, εἰς τὰς τῶν καθ' ἔκαστα αἰσθητῶν διαγνώσεις, καὶ τῇ τῶν αἰσθήσεων διακρίσει καὶ ἡ τῶν ὄργανων ἐπηκολούθησε διαφορότερης οἰκείως πρὸς ἔκαστην συναρμοδομήν· τοῦ γάρ οὐλικοῦ καὶ δραγανικοῦ μερισμοῦ προηγεῖται ἡ εἰδότικὴ καὶ ἐν τοῖς χρωμένοις ὡς κυριωτέρα ἑτερότης. Ἀλλὰ τί τὸ δρᾶν ἡ ἀκοὴ εἰνι ἡ δισφραίνεσθαι; καὶ 13
20 πότερον διὰ μέσου πάσαι τινος, ὡς ἡ ὄψις διὰ τοῦ διαφανοῦς, ἡ ἔνιαί ἀμέσως ἐφάπτονται τῶν αἰσθητῶν; καὶ τί τὸ διαφανές; οἷμα τοινύν οὔτε κατ' εἰδογήγην ἀποτελεῖσθαι τὴν ὄψιν, ὡς μργοφούμενην υπὸ τῶν αἰσθητῶν κατά τινα ἀπ' αὐτῶν ἀπορροήν· οὔτε κατὰ ἐκπομπήν, ὡς σώματος τινος ἐκπεμπομένου καὶ θιγάνωντος τῶν αἰσθητῶν· οὔτε τὰ 25 μὲν γράμματα τοῦ διαφανοῦς είναι κινητικά ὡς οἵνιν μορφοῦντα αὐτό, τὸ δὲ διαφανές τῆς ὄψεως ἀλλὰ δραστήριον ἔχοντα τὰ εἰδῆ δύναμιν δρᾶν ἔκαστα εἰς τὸ παθεῖν ἐπιτήδειον οὐκ ἐφαττόμενον πάντως, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διεστῶτα, ἔως ἀν σύμμετρος ἡ τοῖς μὲν εἰς τὸ ποιῆσαι τοῖς δὲ εἰς τὸ παθεῖν ἡ διάστασις. διὰ γάρ τὸ σωματικὴ είναι καὶ ἐν τινι κατέχεισθαι καὶ τόπῳ περιγράφεισθαι οὐκον εἰς τὸ διουδήποτε ὃν ἐνεργεῖ, ἀλλ' εἰς τὸ συμμέτρως τῷ τε δραστικῇ τῶν ποιούντων δυνάμει καὶ τῇ τῶν πασχόντων ἐπιτηδείστητη

4 sqq. cf. Aristot. 422a20: Simplic. l. c. 134,35
20 sqq. cf. Simplic. l. c. 136,29: Aristot. 423b1

14 cf. Aristot. 449a17

1 καὶ οἱ om. LM ¹	post ἀν add. οὖν w	2 εἰνεῖται LMPQV	3 δῆ] δὲ L ¹ : δῆ L ² : δὲ δῆ BQV αἰσθήσεως] τῆς αἰσθήσεως w	7 διεσταμένον LQ: διεστά- μενον w τοῦ δὲ vulg. 9 αἰσθήσεων L ¹ 14 μὲν scripsi: μία M ² P ² : μία bw (Ficinus unius): μὴ L cet. 15 εἰς (ante τὰς) seclusit w 16 αἰσθήσεως] αἰσθητῶν w ἐπικολούθησε L ¹ 17 διαφοράτης M ² P: διαφορά τις bw 18 προ- γεισθεῖται b εἰδότικὴ LMVb: εἰδότικὴ HQP: εἰδότικὴ mg. bw 22 μορφοφούμενη MPb 25 αὐτῷ L ¹ M ² P ¹ text. b 27 ἐπιτήδεια BLM ¹ Q 28 ἢ Hw: ἢ L cet. 29 σωματικὸν HMPbw 31 ἐπιτηδείστηται] θείηται L ¹
------------------------------	--------------------	------------------	---	--

διεστός, καὶ ἔτι πρὸς τὸ μέτρον τῆς πείσεως. οἵνιν δρᾶ τὸ ὄρατὸν εἰς τὸ τῆς ὄψεως αἰσθητήριον ἀπό τινος διαστήματος δισον διά σύμμετρον ἡ τῷ τε ὄρᾶντι καὶ τῷ ὄρωμένῳ, τῷ μὲν εἰς τὸ παθεῖν τῷ δὲ εἰς τὸ ποιῆσαι. ἀλλ' ἐπει οὐχ ἀπλῶς ἡ τοῦ ὄρατικου ὑπὸ τοῦ ὄρατοῦ πείσις ποιεῖ τὴν αἰσθησιν — παραποδίζει γάρ ἡ ὑπερβάλλουσα διὰ τὸ σύμμετρον πρὸς τὸ μέτρον τῆς πείσεως καθ' ἣν ἡ αἰσθησις — καὶ τῆς διαστάσεως δεῖ. δινεν τὰ σφόδρα λαμπρὰ ἔγγιν τοῦ μέτρου γινόμενα ἐμποδίζειν καὶ τελέως κωλύειν εἰς τὴν ὄρασιν. ἐπει δὲ οὐ μόνον ἐν τῷ πάσχειν τὸ αἰσθητήριον ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐνεργεῖ, ὡς ἥδη εἴρηται, ἡ αἰσθησις ἐπιτελεῖται ἐνεργή-
10 σει καὶ τὸ ὄρων περὶ τὸ ὄρωμενον, οὐδὲ ἀλλοιοῦν αὐτὸν οὐδὲ πάθος τι ἐμποιοῦν, ἀλλὰ κριτικῶς περὶ αὐτὸν ἐνεργοῦν. οὐ γάρ ὡς σῶμα ἀλλ' ὡς ζωτικὸν καὶ ὄρατικὸν ἐνεργεῖ. δινέτι γέ μην ἐν σώματι ἡ τοιᾶσδε ζωὴ καὶ ἡ γνωστικὴ αὐτῆς δύναμις, καὶ οὐκ ἐν αὐτῇ αἰτιώδως ὡς ἡ οὐρανία τὰ αἰσθητὰ περιέχουσα, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρὸς αὐτὰ τελειῶται ἀπόστασιν, δεῖται
15 καὶ αὐτῆς συμμέτρου τῆς συναπτούσης αὐτὰ διαστάσεως.

Καὶ ταῦτα μὲν κοινὰ καὶ ἀκόης καὶ εἰς τὶς ἀλλήλη μὴ θιγγάνειν ἀναγκά-
14 ζεται τοῦ οἰκείου αἰσθητοῦ. ἐπὶ δὲ τῆς ὄψεως ἔξαιρετος ἡ τοῦ φωτὸς χρεία ἀμφω τελειούντος καὶ τὸ ὄρων εἰς τὸ ὄρᾶν καὶ τὸ ὄρατὸν εἰς τὸ ὄρατηναι.
οὔτε γάρ τὸ ὄρατὸν ὄρασειν ἀν τι εἰς τὸ ὄρατικὸν ἀνευ φωτὸς οὔτε τὸ
20 ὄρᾶν ἐνεργήσειν ἀν περὶ τὸ ὄρατόν. φωτοειδὲς γάρ δὲν καὶ τὸ ὄρατικὸν
ζήσων, ὡς περιφανῶς τοῦτο | ἔνια τῶν ζήσων ἐπιθείνουσι προλάμποντα τὰ
25 υφ' ἐσαυτῷ ὄρώμενα — διὸ καὶ νυκτὸς ὄρᾶν δύναται — καὶ τὰ χρώματα
δὲ περὶ τὰ πέρατα τοῦ διαφανοῦς τῶν ὄρισμένων σιωμάτων θεωρούμενα, ὑπὸ
τοῦ φωτὸς εἰκότως ἀμφω τελειῶσαι, ἀμυδρότερον ἔχοντα καθ' ἔκυτά τὸ
25 φωτοειδὲς ὡς πρὸς τελείαν τὴν πρὸς ἀλλήλα ἐνέργειαν. διὸ καὶ τοῦ ἔξιθεν
δεῖται φωτὸς καὶ τὸ ὄρατικὸν ὡς φωτοειδὲς καὶ τὰ χρώματα ὡς φῶτά τινα
δύτα, ὡς ἡ ὑποδοχὴ αὐτῶν δηλοῖ· ταῦτα γάρ τοῦ διαφανοῦς πέρατα· τὸ
30 δὲ διαφανὲς ἐπιτηδειότης ἐστὶν εἰς ὑποδοχὴν φωτὸς ἡ ἕγκος τι φωτὸς ἀμυ-
δρὸν [οὐ ποτε] τελειοῦν [τὸ μεταξὺ πρὸς τὴν ὄψιν] καὶ τὸ μεταξὺ πρὸς τὴν
35 ὄψιν οὐχ ὡς ἀλλ' ἡ ὡς ὑδωρ ἡ ἀλλο τι, ἀλλ' ὡς διαφανὲς εἰς ἐνέργειαν
ἥδη τελειωθὲν ὑπὸ τοῦ φωτίζοντος καὶ τελειοῦν ἐκάτερον, τό τε ὄρων καὶ

17 cf. Plato Rep. VI 507E; Simplic. l. c. 128,38
439b11 26 φῶτα τινα] cf. Simplic. l. c. 129,30
l. c. 132,30 30 cf. Aristot. 418b7

22 τὰ χρώματα] cf. Aristot.
28 ἐπιτηδειότης] cf. Simplic.

1 διεστώς codd. b ποιήσως text. b 3 μὲν] μάνον b 6 ἡ om. bw
9 καὶ om. bw 11 ὡς (ante σῶμα) om. BLM'QV 13 αὐτῇ] αὐτή vulg.
ἐν αὐτῇ BLQV: ἐν αὐτῷ HMPbw αἰτιώδως vulg. 18 ἀμφοτελειοῦντος MPbw
19 οὐδὲ vulg. δράστεν scripsi: δράστη HMPbw: δράστη BLQV οὐδὲ vulg.
20 ἐνεργῆσαι HMPbw: ἐνεργῆσαι BLQV 22 υφ' scripsi: ἀφ' vulg. ἔκυτο
BLM'PQV δρῶμεν b 23 θεωροῦμεν L' 27 ἡ Hw: om. L cet.
ὑποδοχὴ LM ταῦτα] τὰ BLM'Q 29 οὖποι om. text. HBLM'QV τὸ μεταξὺ¹
πρὸς τὴν ὄψιν om. BLM'QV 30 ἡ (post ἀλλα) om. bw

τὸ δρώμενον. ἐπεὶ εἰ γε κύτῳ τῷ ὄρατὸν οὕτως ἔχει λαμπρότητος ὡς ἵκανὸν αὐτὸν εἶναι τελειοῦν τὴν ὄψin, καθάπερ τὸ πῦρ καὶ ἐν σκότει καὶ δισταύλων σύμμετρον παρεχόμενον ἔστι γρήσμαν· τοῖς γάρ δρθαλμοῖς ἐπιτεθὲν τὸ λαμπρὸν οὐχ ὄραται διὰ τὸ ἀσύμμετρον· ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐν φωτὶ δρώμενα χριώματα ἐπιτεθέντα τοῖς δρθαλμοῖς ὄραται διὰ τὸ μὴ φωτίζεσθαι. Πολλὴ 15 οὖν συμβαίνει ἐπὶ τῆς ὄψεως ἡ ποικιλία· καὶ γάρ ἔκτος δοκεῖ προσέναι διὰ τὸ περὶ τὸ αἰσθητὸν ἐνέργειαν ἔσω κείμενον, καὶ εἰσηγεῖσθαι τι ἀπὸ τοῦ ὄρατοῦ διὰ τὸ πάσχειν τι ὑπὸ αὐτοῦ, καὶ διαπορθμεύειν νομίζεται τὸ διαφανὲς 10 καὶ τὸ μεταξὺ ὡς τῷ τε τελειοῦν καὶ τῇ διατάσσει τὸ σύμμετρον παρεχόμενον. προσθέμεν δὲ καὶ δισταύληγη περὶ πάσης ἀθεργήσαμεν αἰσθήσεως· τὴν ἐν τῷ αἰσθητήριῳ τοῦ αἰσθητοῦ ἔμφασιν κατὰ τὴν πείσιν ἀμα καὶ τὴν ἐνέργειαν συνισταμένην ἐν τῇ πρὸς τὸ αἰσθητὸν δρμοιτητὶ· καὶ τὴν ἔμφασιν εἰς εἰδὸς τελειουμένην ἐν τῇ κοινῇ τοῦ συνθέτου ζωῆς· καὶ τὸν τοῖς 15 εἴδεσι τούτοις ἐφαρμόζοντα προβαλλόμενον ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς ψυχῆς λόγον καθ' ὃν ἡ κρίσις καὶ ἡ σύνεσις. τοιοῦτος δὲ τρόπος περὶ ἔκάστην αἰσθησιν θεωρίας, διν δεῖ μαλιστα ἐκ τῶν Ιαμβλύχων ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς πε-
20 φιλοσοφικῶν ἀναλαμβάνειν. ἐξ ὧν καὶ νῦν ἡμεῖς ταῦτα συνηρμημένως γεγράφαμεν τὸν τύπον ὑπογράψαι τῆς ἀκριβοῦς περὶ ἔκάστην θεωρίας βου-
λόμενοι· ἐπεὶ οὐ τοῦτο νῦν ἡμῖν πρόκειται ἐπεξίσναι τῇ περὶ αὐτῶν διαρ-
θρώσει, ἀλλὰ τὰ τοῦ θεωράστου, εἰ τί τε ἐπὶ πλέον τῆς Ἀριστοτέλους παραδόσεως προστιθησασ συναιρεῖν, καὶ εἰ τι ἀπορῶν προτείνει ἐπεξεργάζεσθαι κατὰ δύναμιν. Ἐπὶ οὖν τὰ τοῦ θεωράστου ἐπανίσταντο. φαίνεται δὴ καὶ 16
αὐτὸς ὁ διδεύμαν αἰσθησιν αὐτόθιν τοῦ αἰσθητοῦ· τὸ γάρ 25 μὴ κοινόν, φησι, μηδὲ δμοιον ἐν τοῖς διμογενέσιν οὐκ εὐλογον. ἐπάγει δὲ περὶ τοῦ διαφανοῦς ὡς ἐπιταράξειν ἀν τινας διὰ τὸ ἀσύ-
νηθεῖσα, ὅπως λέγεται ὄρατὸν μὴ καθ' αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὸ ἀλλότριον γρῶμα· ὡσεὶ καὶ γευστὸν τι κατὰ ἀλλότριον ἐλέγετο χυμόν. εὐα-
πόλουτος δὲ ἡ δοκιμσα ταραχή, ἀλλότριον γάρ γρῦμα τὸ φῶς ὡς ἀλλαγή·
30 θεον ἥκον ἀπὸ τοῦ φωτίζοντος λέγεται, ἐπεὶ ὡς δι τοικειντατόν ἐστι τῶν δρώμενων τὸ φῶς ὡς τελειοῦν αὐτὰ καὶ εἰς ἐνέργειαν ἄγον. διὸ εἴτε ἔχει ιδιον γρῦμα τὸ διαφανές, τελειοῦται ὡς περ καὶ τὰ τῶν ἄλλων χριώματα ὑπὸ τοῦ φωτὸς· οὐ γάρ ἀφαιρεῖται τὰ οἰκεῖα τὸ φῶς ἀλλὰ τούναντίον εἰς
35 ἐνέργειαν ἄγει· εἴτε ἄγρουν ἐστὶ καθ' αὐτόν, ὑπὸ τοῦ φωτὸς οἵνον γρωνύ-

4 cf. Simplic. l. c. 137, 11; Aristot. 419a12 27 λέγεται] Aristot. 418b4
32 θεον γρῦμα] cf. Aristot. 439b13 34 ἄγρουν] cf. Aristot. 418b28

1 ἔχοι HLMVb	2 ἐν σκότει] δοτα ἐν σκότει bw	καὶ δισταύλων inclus. w
5. 6 διὰ τὸ ἀσύμμετρον—ὄραται BL: om. ceteri	9 διαπορθμέων LMPQV	
10 τῷ μεταξὺ MPQV: τὸ (sic)μεταξὺ L	19 τοῦ ἀκριβοῦς HMPhw	θεωρίαν
γάζεσθαι w	20 διαθέσεις LMPQV	παραδόσεως om. BLMQV
φῶς w	23 ἐπανίσταντο BMPQb	συνεπεξερ-
31 έχει w: έχοι codd. b	28 ἐλέγε τὸν γρῦμον bw	29 χρῆματος
	34 καθαυτὸς L ¹	γρωνύμενον

μενον τελειοῦται καὶ ὥραν ἀποτελεῖται. Τί οὖν ἡ φύσις τοῦ δια- 17
φανοῦς; οὐ γάρ ἀρκεῖ τὸ φάναι ἐνυπάρχειν αὐτὸν ἀέρι καὶ θερμα-
καὶ αἰθέρι καὶ ἐν τισι στερεοῖς. ἀνάγκη δῆ, φησί, ἡτοι πάθος
ἡ διάθεσιν εἶναι σῶμα γὰρ οὐχ οἱνόν τε ἐν σώματι, εἰ δὲ πάθος
δὴ διάθεσις, ὑπὸ τίνος, ζητήσομεν. ἡ γάρ ὁφ' ἐνὸς ἡ ὑπὸ πλειό-
νων τῶν ἀπλῶν. ἀλλ' οὐχ οἱνόν τε. αὐτὰ γὰρ τὰ ἀπλᾶ, ὅτε ἀήρ
καὶ τὸ θερμόν, διεφανῆ, εἰ δὲ κατὰ τὸ πῦρ, καὶ ἡ γῆ, μᾶλλον δὲ
καὶ τὰ σύνθετα πάντα σώματα, εἴπερ πάντα κέχρωσται, τὸ δὲ
χρῦμα πέρας τοῦ διαφανοῦς. λέγω δὴ οὐ πάθος οὐδὲ διάθεσιν ὑπό¹⁰
τίνος ἐγγινομένην εἶναι τὸ διαφανὲς ἀλλ' εἰδὸς ὑπάρχειν συναρμοστικὸν τῶν
ἐν γενέσει σωμάτων πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς τελειότητα καὶ ἐπιτηδείότητα αὐ-
τοῖς πρὸς τε τὴν τοῦ φωτὸς καὶ πρὸς τὴν τοῦ σκότους ὑποδογήν παρεγγέ-
μενον, ἡ οὐσιώδως θατέρου μετέχουσιν ἡ παρὰ μέρος ἀμφιτέρων ἡ κατά¹⁵
τινα μῖεν. τὸ μὲν γάρ ἐν πυρὶ διαφανὲς οὐσιώδες ἔχει φῶς, τὸ δὲ ἐν γῇ
οὐσιώδες σκότος. διὸ ὡς φωτουργὸν τὸ πῦρ, οὕτω σκοτοποιὸν ἡ γῆ· οὐ
γάρ στέργησι φωτὸς τὸ σκότος ἀλλ' ἐνέργεια καὶ αὐτό. ἀλλὰ μήποτε κα-
κῶς τὸ διαφανὲς τιθέμεθα εἶναι καὶ ἐν γῇ, εἴ τε φωτὸς δεκτικὸν τὸ διαφανές.
ἡ οὐκ κακῶς. οὐ γάρ φωτὸς μόνον ἀλλὰ καὶ σκότους δεκτικὸν ὡς εἰργάται.
ἔπειτα δὲ καὶ ἡ γῆ κέχρωσται, | τὸ δὲ χρῦμα πέρας τοῦ ἐν ὠρισμένοις ²⁷
σώμασι διαφανοῦς· ὥστε καὶ ἐν γῇ τὸ διαφανὲς οὐ μόνον ὡς σκότους οὐ-
σιώδως ἐν αὐτῇ δεκτικόν, ἀλλὰ τούτου μὲν κατὰ τὸ βρύον, κατὰ δὲ τὰ πέ-
ρατα καὶ φωτός, εἰ φῶτα τίνα τὰ χρώματα, καὶ εἴ τε φωτίζεται καὶ ἡ γῆ
κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν. τὸ δὲ ἐν αἴρῃ καὶ θερμαῖς παρὰ μέρος ἀμφιστὸν δεκτικόν
— δὲ καὶ λίτικατερον διαφανὲς προσσαργεύειν εἰώθαμεν — τὸ δὲ ἐν τοῖς
συνθέτοις κατὰ σύμμετιν. οὐ ζητήσομεν οὖν ὑπὸ τίνος τῶν ἀπλῶν τὸ
διαφανές· οὐ γάρ ὑπὸ τῶν στοιχείων ἡ τῶν σωμάτων θλως τὰ εἴση,
αὐτὰ δὲ μετέχει τῶν εἰδῶν καὶ γαρακτήρεςται κατ' αὐτά· καὶ διὰ τούτο
τὰ μὲν προσδεῖται φωτὸς εἰς τὸ δραθῆναι τὰ δὲ οὐ, ὡς πῦρ καὶ τὰ λαμπρά,
ἢ οὐσιώδως μετέχει τοῦ φωτεινοῦ εἴδους ἀρχούντως, οὐ προσδεῖται. ²⁸ Καὶ ¹⁸
πῶς ἐνέργεια τοῦ διαφανοῦς τὸ φῶς δὲιά φωτίζοντος παρατεί-

2 φάναι] Aristot. 418b6 4 σῶμα] cf. Aristot. 418b15 9 cf. Aristot. 439b11
16 ἐνέργεια] cf. Simplic. I. c. 133,11 28 πῦρ καὶ τὰ λαμπρά] cf. Aristot. 419a3
30 cf. Aristot. 418b9

2 ἐνυπάρχει b 3 δή scripsi: δέ vulg. 4 διάθεσιν Hw: διάθεσις L cet.
7 εἰ δὲ κατὰ scripsi: ἡ δὲ κατὰ codd. b: κατὰ δὲ w 8 εἰπερ] ἥπερ M¹: ἥπερ w
10 ὑπάρχει b 11. 12 τελειότητα — φωτὸς om. text. b 12 πρὸς τε] πρὸς bw
13 οὐσιώδως codd. b (et sic passim) παρὰ] περὶ L¹ 15 οὐ] ἡ w 17 εἴη
Hw (Ficinus si modo): εἴτε L cet. 18 μόνον Hw 21 τούτοις w (et fort.
Ficinus): τοῦτο L cet. 22 εἰ llb (Ficinus si modo): εἰς L cet.: καὶ w 25 ὑπὸ²⁹
τίνος mg. Hw (Ficinus a quoniam): ὑπὸ τίνος L cet. 26 ὕπὸ scripsi: ἀπὸ vulg.
27 τοῦτο Anon. w (et fort. Ficinus): τὸ L cet. 29 ἡ scripsi cum Anon. (Ficinus
quippe cum): ἡ codd. b: ἡ w φωτινοῦ LQbw ἀρκούντος L¹ 30 διαφα-
τίζον BHL M¹Q παρατίθεται L¹

νεται; ἔκεινου γάρ ἐνέργεια δόξειεν ἀν μᾶλλον. τοῦτο δὲ ἀπορήσας ἐπιλύεται, ὅμοίως ἔχειν τὸ πῦρ λέγων ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς πάσχοντιν, ἔκεινον ίσως ἐνδεικνύμενος, ὅτι ὡς ἡ θερμότης τοῦ μὲν πυρὸς ὡς πιοιδύτης ἔστιν ἐνέργεια, τοῦ δὲ θερμανομένου ὡς πάσχοντος οὕτω καὶ τὸ φῶς τοῦ δεχομένου ὡς πάθημα λέγοιτ' ἀν ἐνέργεια, οὐ κυρίως ἐνέργεια θερμαζομένη, διὸ καὶ ἐπάγει μὴ δεῖν ἔγειτεν τὰ δύναματα, ἀλλ' εἰ τὴν φύσιν αὐτοῦ νοοῦμεν ἔχανδον είναι. πρῶτον μὲν οὖν ἔκεινον ἀξιῶ διορίζεσθαι ως ἔτερον μὲν τὸ αἰτιατὸν φῶς ἔτερον δὲ τὸ τούτου αἴτιον, οἷον τὸ ἐν ἥλιῳ ἢ ἐν πυρὶ καὶ οὐ περὶ τοῦ αἴτιου ὁ λόγος ἐν τῇ περὶ τοῦ τί 10 τὸ φῶς ζητάσει, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ προϊόντος ὃ ὅτι ἐνέργεια είναι λέγεται τοῦ διαφανοῦς τοῦ ἐν ἀέρι καὶ θεατής καὶ ἐν τοῖς παρά μέρος φωτὸς καὶ σκότους δεκτικοῖς. Ἐπειτα δὲ τῷ Ιαμβλίχῳ ἐπόμενος οὐτε σῶμα 19 τοῦτο είναι ἀξιῶ, ὥσπερ οἱ Ηεριτατητικοί, οὔτε μὴν πάθης ἢ ποιούμενα σώματας ὑπουργοῦν· οὐ γάρ ἐν τῷ ἀέρι ἔχει τὸ εἰναὶ φῶς· κινούμενου γοῦν 15 ἔκεινον ἔστηκεν αὐτὸν καὶ τρεπομένου πολυειδῶς αὐτὸν χωριστῶς ἀποτέτηγται καὶ σώζει τὴν πρὸς τὸ αἴτιον ἀδιάριθμον συνέχειαν. ἀλλὰ καὶ ἡ ἀθρόα αὐτοῦ παρουσίᾳ ἐπὶ πάντα τὰ δέχεσθαι αὐτὸν δυνάμενα παρέντος τοῦ ἐλλάμποντος, καὶ αὐτῆς ἀπελθόντης ἡ ἀθρόα ἀπλείψεις, μηδὲν ἔγειρις ἔσυτον καταλείποντος, σημεῖον τοῦ μὴ πάθημα είναι τοῦ ἀέρος τὸ φῶς, τὰ γάρ πάθη 20 οἷον ἡ θερμότης οὔτε ἀθρόως ἐγγίνεται, καὶ τοῦ πυρὸς ἀπελθόντης ἀμυδρόν τι ἐγκαταλείπει ἔσυτῆς εἰδος; τῷ πεπονιθότι, καὶ τὸ μὴ κατὰ διάδοσιν δὲ μηδὲ κατὰ τροπὴν ἐγγίνεσθαι, καὶ τὸ μὴ περιγράφεσθαι μέχρι τινός, προέστητο δὲ ἀγριοὶ παντὸς τοῦ δυναμένου αὐτὸν δέχεσθαι, καὶ τὸ μὴ συγκεισθαι ἐν ἀλλήλοις τὰ φῶτα, δηλοὶ ἀπαντα ταῦτα χωριστὴν είναι σωμάτων τὴν 25 τοῦ φωτὸς ἐνέργειαν. πῶς οὖν ἐνέργεια λέγεται τοῦ διαφανοῦς; οὐχ ὡς πάθης, φῆσο, οὐδὲ ὡς τελειότης αὐτοῦ ἐν ὑποκειμένῳ αὐτῷ γενομένη, ἀλλ' ὡς χωριστῶς αὐτὸν τελειοῦσα, οὐκ αὐτὴ ἔκεινον ἀλλ' ἔσυτῆς ἔκεινον ποιουμένη, μένουσα συνεγήκης αὐτῇ τῷ ἐλλάμποντι καὶ ἔκεινη συμπεριαγμένη. τοῦτο μὲν οὖν ὡς συντόμως ὑπερνήσθηται, ἵνα μὴ ὅμοίως ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις 30 τοῖς πάσχουσι καὶ τὸ φῶς ἐγγίνεσθαι ὑποπτεύσωμεν. Ἀλλ' εἰ ἀτώμα 20 τὸν τὸ φῶς, διὰ τί, φησι, πυρὸς ἡ ὅλως σώματος παρουσίᾳ γίνεται; δόξεις γάρ ἀν ἀπορροή τις είναι σωματικὴ καὶ σῶμα. οὐ δη ἐπιλυμένος, ληπτέον, φησίν, οὐ τοῦτον τὸν τρόπον ἀλλ' ὡς πέφυκεν, 25 ἔκεινον πάντας ὀγκῶν ὡς εἰδητική τις ἔστιν ἡ τοῦ φωτὸς ἐνέργεια. ἐπει

12 Ιαμβλίχῳ] cf. Simplic. l. c. 131,38seqq.

31 cf. Aristot. 418 b 15

3 ἔκεινότως L¹ ὡς om. L¹ 9 τό τῷ LMPb 12 οὗτε] οὗποτε vulg.13 ὥσπερ οἱ περιπατητικοὶ post ὄτουσὸν MPbw (cum Ficino); om. HM¹ fort. recte15 αὐτοχειριστῶς ΗΜΡbw (Ficinus *suo in se impetu*) 17 αὐτῷ L¹ (et sic passim)19 τοῦ μὴ scripsi: τὸ μὴ vulg. 20 ἀθρόα w 21 διδάσκων L¹ 28 θρύ-ποντοι L 22 ἔκεινον L¹ συνπεριαγμένη LM 29 ὑπερνήσθην scripsi: ὑπερ-

νήσθη (sic) codd. h: ὑπερνήσθη w 32 δέξαι codd. w: δέξῃ b 34 εἰδητική

BQV: εἰδητική L (cf. supra ad p. 5,18): εἰδητή MP: εἰδητή Hw: εἰδητή b



καὶ ἡ θερμότης ἀπ' εἰδους. οὐ γάρ κατὰ ἀπομερισμὸν ἡ ἀπορρήγη, ἀλλὰ ὡς αὐτὸν τοῦτο ἐνέργεια τοῦ λαμπροῦ εἶδους ἡ δὲ ποτὲ δεῖ καλεῖν τὸ τοῦ φωτὸς αἴτιον εἶδος. ἀλλ' εἰ τὸ σκότος ὄραται ἄνευ φωτός, οὐχί ἔσται πᾶσι τοῦ ὄρασθαι τὸ φῶς αἴτιον, ἡ οὐχ ὄρα-
5 τὸν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐπάγει, τὸ σκότος. οὐ γάρ κατ' ἐπέρεισιν αὐτοῦ αι-
σθανόμεθα ἀλλὰ κατὰ στέργειν καὶ τὸ μὴ ὄραν· τὸ δὲ πῦρ καὶ εἴ τι τοιοῦ-
τον ἐν σκότῳ ὄραται, ὡς αὐτὸν καὶ τοῦ διαφανοῦς; αἴτιον καὶ διὰ τοῦτο οὐ
δεόμενον πρὸς τὸ ὄρασθαι ἐκείνου. τοῦ μὲν οὖν κατ' ἐνέργειαν διαφανοῦς,
τοῦτ' ἔστι τοῦ ἥδη πεφωτισμένου, οὐ δεῖται πρὸς τὸ ὄρασθαι τὸ πῦρ.
10 ἐπεὶ δὲ δεῖ τι εἰναι μεταξύ (οὐ γάρ κατ' ἐπαφὴν ἡ ὄρασις) διαφανὲς εἰναι
τοῦτο χρῆ, ἵνα μὴ στερεὸν καὶ ἀντίτυπον ὃν παραποδίζῃ τῷ σκοτοποιῷ ίδια-
ματι τὴν τῶν φωτοειδῶν εἰς ἀλληλούς ἐνέργειαν, τοῦ τε πυρὸς φωτὶ καὶ τοῦ
αἰσθητικοῦ ὄργανου.

Συμβαίνει δέ, φάσι, καὶ τοῦ ὄρασθαι τὰ 21
χρώματα χρῶμα τὸ αἴτιον εἰναι καὶ τοῦ ἀπλῶς τὰ ὄρατα τὸ ὄρα-
15 τὸν, εἰπερ τὸ φῶς αἴτιον χρῶμα ἐν τοῦ διαφανοῦς καὶ ὄρατοῦ. καὶ οὐκ
ἀτοπον, φυσίν, ἀλλὰ καὶ ὁμολογούμενον τοῖς ἀλλοις· καὶ γάρ ἡ
γεῦσις διὰ χυμοῦ. ἀλλ', | ἐρεῖ τις, ὡς ὁ μὲν χυμὸς ἴδιον αἰσθητὸν τῆς 278
γεύσεως καὶ ὁ ψύχος τῆς ἀκοῆς οὐδὲνδε ἔξωθεν εἰς τὸ κινεῖσθαι τὸ αἰσθη-
τήριον δεῖμενος; εἰ μὴ ἄρα τοῦ διηγησούς τις εἴποι, ὡς τὸ χρώμα τοῦ δια-
20 φανοῦς, ἀλλὰ καὶ ὡς ὁ μὲν ἤχος εὖθεν αἰσθητὸς συμμέτρου αἵρεσος ὅντος
μεταξύ, τὸ δὲ χρῶμα δεῖται ἔξωθεν τοῦ φωτίσοντος, εἰ μέλλει γενέσιται
ὄρατον. ἡ τοῦτο τῆς ὄψεως ἔξαίρετον, τὸ δεῖσθαι φωτός, οὐ διὰ τὸ ἀτελέ-
στερον ἡ κατὰ τὰς ἀλλας αἰσθήσεις οὐ οὐδὲνδε ἀλλου ἔξωθεν τοῦ τελειοῦν-
τος χρήζουσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ χρείττον καὶ ὑπερφέστερόν πιος τῆς ἐνέργειας,
25 οὐκ ἀρκούσῃς ἔαυτη τῆς αἰσθητικῆς δυνάμεως θεοτέρου δέ τινος δεομένης;
εἰδους. ὡς γάρ τὸ ἡμέτερον σῶμα πρὸς μὲν τὸ βαρὺ εἰναι καὶ τὴν ἐπὶ τὸ
κάτω φορά οὐ δεῖται τῆς ψυχῆς, πρὸς δὲ τὴν καθ' ὄρμὴν κίνησιν διὰ τὸ
ὑπερφέστερον ἡ ὡς αὐτὸν πέψυκεν οὕτω κινεῖσθαι, καὶ οὐ διὰ τοῦτο κείων
ἡ καθ' ὄρμὴν τῆς κατὰ φύσιν ἀλλὰ χρείττων, οὗτοι καὶ ἡ ὄψις χρείττων τῶν
30 ἀλλων διὰ τὸ χρείττον ἐνέργειν. ἀλλοι τοῦ τελειοῦντος δεομένην.

Μή 22
ποτε δὲ εἴπῃ τις καὶ τὸ προηγουμένων ὄρατον τὸ λαμπρὸν εἰναι καὶ αὐτὸν
τὸ φῶς, δικαῖον δικαίων τὴν ὄψιν καὶ περὶ δικαίου αὐτὴν ἐνέργειτε ἔξωθεν οὐ-
δενὸς ἀλλου τοῦ τελειοῦντος δεομένην· τὰ δὲ χρώματα ὡς ἀμυδρά τινα φῶτα
μη καθ' αὐτὰ εἰναι ὄρατα, ἀλλὰ δεῖσθαι τοῦ προηγουμένων ὄρατου (τοῦ)

6 τὸ δὲ πῦρ] cf. Aristot. 419 a 23 10 μεταξύ] cf. Aristot. 419 a 20 19 διηγοῦνται
v. infra ad p. 16, 1 31 cf. Simplic. l. c. 135, 25

6 fort. τῷ μὴ ὄραν εἰ τι] εἰ bw 15 εἰπερ] ὑπερ bw 17 γιψὸς L¹
18 ψύχον L¹ 20 ὡς w: ὡς codd. b 25 ἰαυτῇ scripsi: ἰαυτῇς codd. b:
αὐτῇ w (et fort. Ficinus) δεομένης w (cum Ficino): δεομένου codd. b 26 ἐπὶ¹
τῷ L¹ 29 χρείττω L: χρείττω MPVb 30 ἀλλού του HLMP (Ficinus alio
quodam): ἀλλ' οὐ τοῦ bw 31 εἴποι vulg. προγόνωμενον vulg. 32 δικαίη]
αὐτὴν bw 33 δεομένης b: δεομένου w 34 τοῦ addidi

